



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput 1. Quid, ac quotuplex Beneficium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

BENEFICIUM, AC PENSIO.

BE Beneficiis Ecclesiasticis acturus, expendam, quid sit, aut quotuplex Beneficium; modum, quo acquiritur, conditiones requisitas, ut quis ad id censeatur idoneus; licitam eius pluralitatem, Præterea indicabo ad quos pertineat Beneficia conferre, quænam sint conferenda, quibusque modis amittantur: Demum de Pensionibus plura attexam.

SECTIO PRIMA.

De Beneficio, ac Pensione Receptiores sine pugna Sententiæ.

CAPUT I.

Quid, ac quotuplex Beneficium?

BENEFICIUM est ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis propter aliquod officium spirituale, autoritate Ecclesiæ constitutum. Triâ in beneficio distinguo. Primum est, ipsum officium, seu obligatio, qua quis tenetur, aliquam spirituales functionem obire. Secundum, ius percipiendi certos ex bonis Ecclesiasticis redditus, & hoc ius dicitur *Præbenda*. Tertium, ipsi fructus, qui sunt quid temporale. *Cap. Relatum, de præbend. Sylu. v. Beneficium, in initio. Tolet. l. 5. c. 76. Filliuc. tr. 4. n. 3. & 4. Malder. l. 2. tr. 9. cap. 2. dub. 1.*

Aliud beneficium est *Regulare*, aliud *seculare*. *Regulare* est, quod solum Regularibus confertur, ut Abbatia regularis, prioratus, & Canonici regularis. *Seculare* est, quod laicis, aliud non est pro Regularibus institutum, vel eis *seculare*. peculiari et annexam; & huius generis beneficium Regularibus sine Præfatis summi dispensatione conferri non potest, nisi curatum sit. *Cap. cum singula, de præben. in 6. Lef. l. 2. c. 34. dub. 2. Azor. p. 2. l. 3. cap. 1. quest. 4.*

Omne vero beneficium *seculare* esse præsumitur, nisi *Regulare* esse probetur. *Sanch. l. 7. Decal. c. 26. num. 14.*

Præterea aliud est *simplex*, quod nullam aliam habet administrationem, nec est ulla iurisplex aliud qualitate affectum; sed tantum institutum ad *Duplex*.

ad. Horas Canonicas recitandas, vel alia diuina officia persoluenda, ut Canonici etiam Cathedralis ecclesiæ, Sacella, Altaria, Capellæ. Aliud *Duplex*, quod est cum administratione: unde maximum est *Papatus*; deinde *Patriarchatus*, *Archiepiscopatus*, *Episcopatus*, & *Cardinalatus*. Item beneficia, quæ dicuntur *Dignitates*, ut *Præpositura*, *Decanatus*, *Personatus*, *Archidiaconatus*, *Abbatia secularis*, quæ est in nonnullis Ecclesiis instar *Decanatus*. *Abbatia Regularis*, prioratus *conventualis*, & *claustralis* sunt etiam *Duplicia*. *Filliuc. tr. 4. n. 6. Lef. l. 2. c. 34. num. 9. Redus. de benef. c. 4. Laym. l. 4. tr. 2. c. 4.*

Aliud est *Titulare* simpliciter, quod scilicet in titulum perpetuum confertur, & beneficiarius sine gravi causa iusta nequit auferri. Aliud est *Mannale*, quod in Titulum confertur, sed reuocabilius; quia ad nutu Prælati, vel Patroni a beneficio auferri potest: ut est beneficium *Regulare*, quod nec curatum, nec electionum est, ut *Prioratus*, *Custodiis officium*, *Sacristia*, &c. Aliud est *Electivum*, quod præcedente electione à Canonicis facta, & accedente postea confirmatione & consensu superioris confertur. Aliud *Collatum*, quod libera, ac simplici superioris conceditur voluntate. Aliud *Missum*, quod præsentante Patrono, Episcopo instituente datur. *Sanch. l. 7. Dec. l. c. 29. num. 118. Filliuc. tr. 4. n. 6.*

Aliud dicitur *Incompatibile*, *Comparabile*. Aliud *Incompatibile* est id, quod per se vel naturali iure, vel saltem Ecclesiastica constitutione continuam postulat residentiam: unde quis non potest aliud simile possidere, ut duos episcopatus, duas Abbatis, duas Parochias &c.

Seet. I. de Benef. Recept sententiæ. 37

duas dignitates, seu Personatus. Item beneficia uniformia sub eodem recto incompatibilia censentur: ut duo Canonici eiusdem ecclesie. Reliqua autem beneficia compatibilia sunt. Laym. l. 4. tr. 2. c. 8. n. 2. & 3. Lell. l. 2. c. 34. dub. 27. n. 140.

CAPVT II.

De modis, quibus Beneficia acquiruntur.

BENEFICIUM sex modis acquiritur. 1. *Præsentatione* Patroni prænia, & institutione subsequenti: hæc solum fit per Ecclesiasticos, illa vero potest per laicos fieri, si ius patronatus habeant. 2. *Electio* ne, & confirmatione. 3. *Postulatione*, & confirmatione, quæ habet tantum locum in Prelaturis. 4. *Collatione libera*. 5. *Permutatione*. 6. *Resignatione* in favorem cum collatione sequuta. Rebus. in praxi, in. Quot modis acquir. n. 17. Lell. l. 2. c. 34. dub. 3.

Præsentatio est exhibitio quædam personæ per Patronum Episcopum, vel alteri, ad quæ institutio pertinet, legitime facta. Patronus est, qui ius patronatus, id est, beneficium onerosum, & utile, conveniens alicui ob aliquod meritum, vel obsequium Ecclesie collatum. Est autem hoc ius duplex: aliud ius patronatus Ecclesiasticum, aliud laicum. Ius patronatus Ecclesiasticum dicitur non quod Ecclesiasticus possidet, sed quod competit alicui ex eo, quod ex bonis Ecclesiasticis Ecclesiam fundavit, vel extruxit, vel dotavit, vel quod habetur ratione Rectoris Ecclesie, vel dignitatis Ecclesiasticæ. Ius autem patronatus laici dicitur, quod alicui competit, quia ex bonis patrimonialibus, seu secularibus Ecclesiam fundavit, vel construxit, vel dotavit, aut beneficium aliquod crexit, aut quia ab aliquo horum causam habuit. Panorm. Cap. Ea noscitur, de his, quæ sunt à Palat. Azor. p. 2. l. 6. c. 19. g. 1. 2. 4. & 5. Malder. 2. 2. tr. 9. c. 2. dub. 2. Filliuc. tr. 4. l. n. 8. Lell. l. 2. c. 34. dub. 4. 5. 6. & 7.

Institutio est concessio beneficii facta legitima Episcopi, vel alterius auctoritate Clerico præsentato à Patrono. Vnde institutio solum fieri potest per Ecclesiasticos; horum enim est, beneficia Ecclesiastica conferre, non laicorum. Institutio sine Patrono facta est ipso iure irrita. Si vero Patronus sit in præsentando negligens, ad Episcopum denoluitur, vel ad eum, ad quæ iurisdicção pertinet. Azor. p. 2. l. 6. c. 22. Ioan. Andre. c. 2. de offic. in 6. Lell. l. 2. c. 34. n. 12. Fil. tr. 4. l. n. 9.

Electio est alicuius personæ ad Ecclesiam Pastore destitutam canonicè facta vocatio: non fit nisi de Ecclesia vacante. Dignitas & canonicatus, quæ conferuntur communibus clericorum suffragijs, non dicuntur conferri per electionem. Beneficia enim electiva ea tantum dicuntur, quæ per electionem conferri debent: & habet solummodo locum in iis, qui Ecclesiarum Pastores sunt, vel Monasteriorum, habentes in his supremam iurisdicçãoem. Per electionem vero non acquiritur ius in re, sed ad rem. Hostien. sum. de elect. Azor. p. 2. l. 6. c. 14. Elcob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

q. 2. & 4. Lell. l. 2. c. 34. dub. 7. n. 13. Omnis electio indiget confirmatione, superioris consensu, & auctoritate faciendâ. Quia id constat ex Cap. Nihil est, & cap. cum dilectus, de elect.

Postulatio est supplicatio quædam à Collegio Canonicorum facta apud superiorem petitionem, qua postulatur, ut aliquis certæ vacanti præficiatur Ecclesie, non obstante aliquo defectu, quem patitur; qui non debet esse moralis sed naturalis tantum, nempe quia non sit legitime natus, non habeat ætatem sufficientem, non esset ordinatus. Debent verò in postulatum duæ saltem partes Capituli consentire. Hostien. sum. tit. de postulat. Sylv. v. Postulatio.

Collatio est concessio beneficii vacantis siue per obitum, siue per resignationem, siue denotationem, liberaliter facta ab habente potestatem, ut à Papa Legato Ordinario. Iure autem communi beneficia conferenda sunt purè, libere, palam, sine diminutione vacantia, & in perpetuum. Et ideo in collatione nequit adici pactum, aut conditio, seu modus: neque debet per vim, aut metum fieri. Electio autem potest inesse in collatione, quando ipso iure, vel statuto, vel consuetudine, vel fundatione, aut institutione beneficii posita est. Azor. p. 2. l. 6. c. 26. q. 2. & 3. Filliucius tr. 4. l. n. 10. 11. & 12.

Permutatio beneficiorum est reciproca quædam resignatio, quæ ad invicem inter permittentes fit legitima superioris auctoritate. Septem ad eam requiruntur. Primum, ut permittentes sint suorum beneficiorum domini: nemo enim potest cum alio rem non suam permutare. Secundum, debet permutatio esse libera, non autem vi, aut metu extorta. Tertium, debet uterque suum beneficium in Ordinarij, cui beneficium subest siue is unus sit, & idem, siue alius, & alius, manus resignare. Quartum, beneficia sunt conferenda permittentibus, non alijs; aliqui irrita erit permutatio. Quintum, requiritur consensus illorum, ad quos electio, vel præsentatio spectat. Si autem Patronus requisitus nolit consentire, potest Episcopus sua approbatione consensum supplere, si permutationem Ecclesie iudicet expedire. Sextum, si permittens infirmus sit, debet supervenire viginti post resignationem dies, alioquin censetur beneficium per obitum vacare. Septimum, si permutatio in Curia Romana fiat, debet fieri publicatio in loco beneficii intra sex menses à die supplicationis oblatæ computandos, si sint beneficia citra montes, si vero ultra montes, intra novem. Porro si permutatio fiat ex tunc, intra mensem Ordinarius debet conferre: permittentes verò intra tres publicare, idque in loco beneficii. lege Cap. unic. de rer. perm. in 6. Clement. unic. de rer. perm. Glof. ibi Reg. Cap. vel. de infirm. & eandem, de publicand. Rebus. in praxi benef. de perm. Lell. l. 2. c. 34. n. 19. Az. p. 2. l. 7. c. 24. q. 2.

Resignatio vel renunciatio generatim sumpta, iuris proprii spontanea, & libera dimissio, seu cessio. Preste verò, est libera beneficii dimissio facta cum causa coram legitimo superiore. Hæc fit tacite, vel expresse. Tacite fit ex iuris dispositione, absque expressione verborum, ut matrimonium contrahendo. Expresse fit, cum quis spontè suum beneficium expressis verbis coram Ordinario legitime dimittit. Rebus. de resign. Lell. l. 2. c. 34. n. 179.

D CAPVT